pissent leones. iussit ad eos ursos feracissimos
dimitti. qui et ipsi pariter cum dimissi fuissent.
deposita omni saeuitia quasi agni blandientes ef
fecti sunt. sed et ipsi uoluere se coeperunt aduer
tigia scorum martyrum. Cui dixerunt beati mar
tyres. pyrres iniquitatis. ecce fere agnoscunt
creatorem suum. et uos ceti corde perdurati estis
ut non cognoscatis dnm. qui uos ad imaginem et
similitudinem suam creare dignatus est. Tunc
populi fremitus inter se dabant. et infiniti cre
merunt ad caelum. et crediderunt in dno. plus quā
mille quingenti uiri. cum omnibus suis. Con
uenerat autem multitudo uicinarum ciuita
tum ad spectaculum. quasi duodecim milia.
exceptis pueris ac mulieribus. Uidens autem
preses quia non potuit eos superare. et quia
multi credebant per eos in dno. iussit eos capita
lem subire sententiam. Cumq. electi fuissent
extra amphiteatrum. ibidem iuxta decollati sunt.
et corpora eorum proiecerunt inhumata canib.
et non feri neq. aues neq. muscę corpora eorū
tangere potuerunt. Nocte uero a xpianis fidelib.
rapta sunt corpora eorum. et portauerunt ea
ad arcus numentanos intra arenarium et ibi fe
cerunt planctum magnum. et inuoluentes ea
in syndones nouas cum aromatibus. iuxta arena
rium posuerunt eos et ymnis ac psalmis per tri
ginta diebus ac noctibus in dei nomine perdura
bant. ubi multa beneficia exuberant usq. in
presentem diem. et siquis egrotorum ibidem
perductus fuisset. infirmitate detentus quod
facere xpm nullus ambigat usq. in hodiernū diē.
et dū post aliquantos annos cessasset persecu
tio paganorum. multi xpiani in honorem beato
rum martyrum primi et feliciani basilicam in no
mine ipsorum construxerunt. sperantes se mi
sericordiam consequi per eos. in nomine dni nri
ihu xpi. est autem basilica eorum ab urbe roma
miliario quarto decimo. quorum natalis est
quinto ~~sexto~~ idus iunias. regnante dno nostro ihu xpo.
cui est honor et gloria in saecula saeculorū amen.

EXPL PAS SCORŪ PRIMI ET FELICIANI.

## INCIPIT PAS SCI GETHULII MĀR ET ALIORŪ SCORŪ MĀR

MĒN IUN DIE VIII.

XVIII. AMANTI CURIALIS ET PRIMITIUI.

Iam quasi tempestate remota ab adriano
principe. hoc in mandatis declarat. ut omnes ciui
tates tam amplius sui senatus uel curie ordo uulga
retur scriptum. quod dum fieret preceptio princi
palis tanto seuitie instigantes suggessione diabolica
accenditur. adrianus hoc praecipiens iussit. ut ubi
cumq. xpianum intimatum eius auribus inuenisset
ipsi offerrentur. Eodem uero tempore adria
ni imperatoris. erat quidam doctissimus in omni
lege diuina nomine gethulius uir xpianissimus in
territorio sauinensium in gabis ciuitate. non longe
ab urbe roma. hic cotidie congregans ad se multi
tudinem xpianorum. et uictū atq. alimenta om
nibus eis praebebat. exponensq. eis legem diuinā.
et tam ex grecie quam ex italie regionibus. maxi
mam multitudinem erudierat. hoc dum cernere
tur uniuersis loci supradicti eiusdem oppidi prae
dicatio scorum audita est. famaq. beati gethulii
martyris percrebuit. quod cum audisset adrianus
imperator. misso ceriale uicario in praedictū locū
sauinensium. iussit eum teneri. Ad quem cum ue
nisset cerialis in gabis ciuitatem. inuenissetq. eū
in domo sua sedentem atq. docentem xpianos qui
ad se confluxerant sicut erat solitus. qui dum audi
rent eius praedicationem. magis ac magis corrobo
rati sunt per eius doctrinam in fide dni nostri ihu xpi.
Tunc cerialis dixit ad eum. Audisti quid principes
iusserunt atq. declaratum est uniuersis. cui bea
tus gethulius dixit. Ergo iussioni principali ob au
dire oportet. cui cerialis dixit. Tuo ore edicito si
iustum non est. Scs gethulius dixit. Ergo collatio
operetur. Cerialis dixit. Da manus et sacrifica diis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0204